

A Pliny Notebook

Selections from Pliny
the Younger's *Letters*

edited by Andrew Olimpi



Comprehensible Classics Press
Dacula, GA

LETTER 1:

**Calpurnia in
Campania**

Pliny, *Epistulae* 6.4

- 1 **1** Numquam sum magis dē **occupātiōnibus** meis **questus**,
 2 quae mē nōn sunt passae aut proficīscntem tē **valētūdinis**
 3 causā in **Campāniam** **prōsequī** aut profectam ē vestīgīō
 4 **subsequī**. parārēs, **ecquid** **dēnique** **sēcessūs** voluptātēs
 5 **regiōnisque**
- 6 **2** Nunc enim **praecipuē** simul esse cupiēbam, ut oculīs meis
 7 crēderem quid vīribus quid **corpusculō** ap **abundantiam**
 8 **inoffēnsa** **trānsmitterēs**.
- 9 **3** Equidem etiam fortem tē nōn sine cūrā **dēsiderārem**; est
 10 enim suspēnsū et **ānxium** dē eō quem ārdentissimē **dīligās**
 11 interdum nihil scīre.

occupātiō -ōnis f.: an occupation, obligation
queror querī questus sum: to complain
valētūdō valētūdinis f.: good health
Campānia -ae f.: Campania
prōsequor prōsequī prōsecūtus sum: to follow, pursue
subsequor sequī secūtus sum: to follow (closely)
praecipuē: especially, particularly
corpusculum -ī n.: a little body, dear body
ecquis ecquid: whether any
dēnique: finally
sēcessus -ūs m.: going apart; retreat
regiō regiōnis f.: region
abundantia -ae f.: fullness, abundance
inoffēnsus -a -um: unhindered
trāsmittō -ere -misi -missus: to send across; bear or convey across or over
dēsiderō dēsiderāre dēsiderāvī dēsiderātus: to long for, desire greatly
ānxius -a -um: troubled, disquieted
dīligō dīligere dīlēxī dīlēctus: to choose; love

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 12 **4** Nunc vērō mē cum **absentiae** tum **īfirmitātis** tuae ratiō
 13 incertā et variā sollicitūdine **exterret**. Vereor omnia, **imāginor**
 14 omnia, quaeque nātūra metuentium est, ea maximē mihi quae
 15 maximē **abōminor** fingō.
- 16 **5** Quō impēnsius rogō, ut timōrī meō **cottidiē singulīs** vel etiam
 17 **bīnīs** epistulīs cōsulās. Erō enim **sēcūrior** dum lēgō, statimque
 18 timēbō cum lēgerō. Valē.

absentia -ae f.: absence

īfirmitās -ātis f.: weakness, illness

exterreō -ēre -uī -itus: to frighten; alarm

imāginor -ārī: to picture to oneself

abōminor -ārī -ātus sum: to deprecate, wish to nullify; loathe

cottidiē, cottidiē: every day, daily

singulī -ae -a: separate

bīnī -ae -a: two by two, two at a time

sēcūrus -a -um: free from care

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 2:

**Absentia et
Libelli**

Pliny, *Epistulae* 6.7

- 1 **1** Scribīs tē **absentiā** meā nōn **mediocriter affici**
 2 ūnumque habēre sōlācium, quod prō mē **libellōs** meōs
 3 teneās, saepe etiam in vestigiō meō **collocēs**.
 4 **2** Grātum est quod nōs requīris, grātum quod hīs
 5 **fōmentīs acquiēscis; invicem** ego epistulās tuās **lēctitō**
 6 atque identidem in manūs quasi novās sūmō.

absentia –ae f.: absence

acquiēscō adquiescere acquiēvi acquietus: to rest, find comfort in

afficiō afficere affēcī affectus: to affect, visit with

collocō collocāre collocāvi collocātus: to arrange, collect

fōmentum –ī n.: relief, comfort

invicem: alternately, in turn

lēctitō –āre: read repeatedly, be in the habit of reading

libellus libellī m.: little book, document

mediocriter: moderately

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

7 **3** Sed eō magis ad dēsīderium tuī **accendor**: nam cuius
 8 litterae tantum habent **suāvitātis**, huius sermōnibus
 9 quantum dulcēdinis **inest**! Tū tamen quam
 10 **frequentissimē** scrībe, licet hoc ita mē **dēlectet** ut
 11 torqueat. Valē.

accendō accendere accendī accēnsus: to
 kindle, set on fire
dēlectō dēlectāre dēlectāvī dēlectātus: to
 delight
frequenter: often, frequently; generally, widely
insum inesse infui: to be in
suāvitās -ātis f.: sweetness

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 3:

Vesuvius

Pliny, *Epistulae* 6.16

C. PLINIUS TACITO SUO S.

- 1 **1** Petīs ut tibi avunculī meī exitum scrībam, quō vērius
 2 trādere **posterīs** possīs. Grātiās agō; nam videō mortī eius
 3 sī **celebrētur** ā tē **immortālem** glōriam esse **prōpositam**.
 4 **2** Quamvīs enim pulcherrimārum **clāde** terrārum, ut
 5 populī ut urbēs **memorābili** cāsū, quasi semper vīctūrus
 6 occiderit, quamvīs ipse plūrima opera et mānsūra
 7 condiderit, multum tamen **perpetuitātī** eius scrīptōrum
 8 tuōrum **aeternitās** addet.

aeternitās –tātis f.: eternity, timelessness;
celebrō celebrāre celebrāvī celebrātus: to
 celebrate
clādēs clādis f.: destruction
immortālis immortalis immortalē:
 immortal
memorābilis –e: memorable
perpetuitās ātis f.: continuity, perpetuity
posterus –a –um: next
prōpōnō prōpōnere prōposuī prōpositus: to
 propose, announce

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

9 **3** Equidem beātōs putō, quibus deōrum
 10 mūnere datum est aut facere scrībenda aut
 11 scrībere legenda, beātissimōs vērō quibus
 12 utrumque. Hōrum in numerō avunculus meus
 13 et suīs librīs et tuīs erit. Quō **libentius**
 14 **suscipiō, dēposcō** etiam quod **iniungis**.

dēposcō dēposcere dēpoposcī : to
demand

iniungō –iungere –iūnxī –iūnctum: to
fasten, join

libenter: willingly

suscipiō suscipere suscēpī susceptus:
to take up

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 15 **4** Erat Mīsēnī classemque imperiō **praesēns** regēbat.
- 16 **Nōnum** Kal. Septembrēs hōra ferē septima māter mea
- 17 **indicat** eī nūbem **inūsitātā** et **magnitūdine** et **speciē**.
- 18 **5** Ūsus ille sōle, mox **frīgida**, **gustāverat** iacēns
- 19 **studēbat**que; poscit **soleās**, **ascendit** locum ex quō
- 20 maximē **mīrāculum** illud **cōnspicī** poterat.

praesēns -ntis: present
nōnus -a -um: 9th
indicō indicāre indicāvī indicātus:
to point out, accuse
inūsitātus -a -um: unusual
magnitūdō magnitūdinis f.:
greatness
speciēs speciēi f.: appearance, image
frīgida -ae f.: cold water
gustō gustāre gustāvī gustātus: to
taste
studeō studēre studiū: to be eager
solea -ae f.: sandal
ascendō ascendere ascendī
ascēnsus: to ascend
mīrāculum -ī n.: a marvel
cōnspiciō cōnspicere cōnspexi
cōnspectus: to catch sight of, behold

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 21 **5b** Nūbēs—incertum procul **intuentibus** ex quō monte;
 22 Vesuvium fuisse **postea** cognitum est — **oriēbātur**,
 23 cuius **similitudinem** et fōrmam nōn alia magis arbor
 24 quam **pīnus expresserit**.
 25 **6** Nam longissimō velut **truncō ēlāta** in altum
 26 quibusdam **rāmīs diffundēbātur**, crēdō quia **recentī**
 27 spīritū **ēvecta**, dein **senēscēte** eō **dēstitūtā** aut etiam
 28 **pondere** suō victa in **lātitudinem vānēscēbat**,
 29 **candida** interdum, interdum **sordida** et **maculōsa**
 30 **prout** terram cineremve sustulerat.

intueor intuērī intuitus sum: to look at
postea: afterwards
orior orīrī ortus sum: to rise, be born
similitūdō similitūdinis f.: likeness
pīnus -ūs or -ī f.: pine tree
exprimō exprimere expressī
expressum: to press, express
truncus -ī m.: the stem
efferō efferre extulī ēlātus: to carry out
 or away
rāmus rāmī m.: branch
diffundō -ere -fūdī -fūsus: to pour out
recēns recentis: fresh
ēvehō -ere -vexī -vectus: to carry
 forth; carry up
senescō senescere senuī: to grow old,
 deteriorate
dēstituō dēstituere dēstitui
dēstitūtum: to set down; leave alone
pondus ponderis n.: weight
lātitudō lātitudinis f.: breadth
vānescō -ere -ere: to disappear, vanish
candidus -a -um: shining white, clear,
 bright
sordidus -a -um: dirty, sordid
maculōsus -a -um: spotted, speckled
prout: proportionately as, just as
-ve: or

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

31 **7** Magnum propiusque nōscendum ut **ērudītissimō**
 32 virō vīsum. Iubet **liburnicam aptārī**; mihi sī venīre ūnā
 33 vellem facit cōpiam; respondi **studēre** mē mālle, et forte
 34 ipse quod scrīberem dederat.
 35 **8** Ēgrediēbātur domō; accipit **cōdicillōs** Rectīnae Tascī
 36 imminentī periculō **exterritae**—nam **villa** eius
 37 **subiacēbat**, nec ūlla nisi nāvibus fuga—ut sē tantō
 38 **discrīminī** ēriperet ōrābat.

ērudītus -a -um: clever, skilled

liburnica -ae f.: light ship

aptō aptāre aptāvī aptātus: to adapt
to, prepare; fit together, join

studeō studēre studuī: to be eager

cōdicillus cōdicillī m.: writing tablet;
letter

exterreō -ēre -uī -itus: to frighten;
alarm

villa villae f.: estate

subiaceō subiacēre: to lie under or
near any thing;

discrīmen discrīminis n.: division,
crisis, difference

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

39 **9** Vertit ille cōnsilium et, quod **studiōsō** animō
 40 **incohāverat**, **obit** maximō. **Dēdūcit** **quadrirēmēs**,
 41 **ascendit** ipse nōn Rectīnae modo sed multīs—erat
 42 enim **frequēns amoenitās** ōrae—lātūrus auxilium.
 43 **10** Properat **illūc** unde aliī fugiunt, **rēctum**que cursum
 44 rēcta **gubernācula** in perīculum tenet **adeō** solūtus
 45 metū, ut omnēs illiūs malī **mōtūs** omnēs figūrās ut
 46 **dēprēnderat** oculīs **dictāret ēnotāret**que.

studiōsus -a -um: eager

incohō incohāre incohāvī incohātus: to lay the foundation; begin

obeō obīre obīi/obīvī obitum: to go to, visit, survey

dēdūcō dēdūcere dēdūxī dēductus: to launch, lead away

quadrirēmīs -e: having four banks of oars, quadrireme

ascendō ascendere ascendī ascēsus: to ascend

frequēns frequentis: often

amoenitās -ātis f.: pleasantness, delightfulness

illūc: there

rēctus -a -um: straight, direct

gubernāculum -ī n.: helm, tiller

adeō: so, to such a point, to such an extent

mōtus mōtūs m.: motion, movement

dēprēhendō dēprēhendere dēprēhendī

dēprēhensus: to catch, seize, understand

dictō -āre: to say often, declare

ēnotō -āre: to note down

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

47 11 Iam nāvibus cinis **incīdēbat**, quō propius
 48 accēderent, **calidior** et dēnsior; iam pūmicēs etiam
 49 **nigrī**que et **ambustī** et frāctī igne lapidēs; iam **vadum**
 50 subitum **ruīna**que montis lītora **obstantia**. Cūctātus
 51 paulum an **retrō** flecteret, mox **gubernātōrī** ut ita
 52 faceret **monentī**, “Fortēs,” inquit, “fortūna iuvat:
 53 Pomponiānum pete.”

incidō incidere incidī: to fall in/on
calidus (caldus) -a -um: warm, hot
niger nigra nigrum: black
ambūrō -ere -ussī -ūstus: to burn up
vadum -ī n.: a ford; shallow place
ruīna ruīnae f.: collapse
obstō obstāre obstītī obstātum: to
 stand before, stand in the way
retrō: backwards
gubernātor -ōris m.: helmsman
moneō monēre monuī monitus: to
 warn, advise

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

54 **12** Stabiīs **erat dirēptus** sinū mediō—nam **sēnsim**
 55 **circumāctīs** curvātisque litoribus mare **īfunditur**—
 56 ibi quamquam nōndum periculō **appropinquante**,
 57 **cōspicuō** tamen et cum crēsceret proximō, **sarcinās**
 58 **contulerat** in nāvēs, certus fugae sī **contrārius** ventus
 59 **resēdisset**. Quō tunc avunculus meus **secundissimō**
 60 **invectus**, **complectitur** **trepidantem** **cōsōlātur**
 61 **hortātur**, utque timōrem eius **lēnīret** suā **sēcūritāte**,
 62 **dēferri** in **balineum** iubet; **lōtus** **accubat** **cēnat**, aut
 63 **hilarīs** aut — quod **aequē** magnum — similis hilarī.

accubō accubāre accubui accubitus: to lie near or by
aequē: equally

appropinquō appropinquāre appropinquavi: to approach, draw near

balneum (balineum): a bath

cēnō cēnāre cēnāvī cēnātus: to dine

circumagō circumagere circumēgī circumactum: to take someone out of his/her way

complector complectī complexus sum: to embrace

cōnferō cōnferre cōntulī cōllātus: to collect, transfer, move

cōsōlor cōsōlārī cōsōlātus sum: to comfort, console

cōspiciuus -a -um: in view, visible

contrārius -a -um: opposite

dēferō dēferre dētulī dēlātus: to carry away; report, confer

dirimō -ere -ēmī -ēemptus: to separate

hilaris hilare: cheerful

hortor hortārī hortātus sum: to urge

īfundō -ere -fūdī -fūsus: to pour into or upon

invehō -ere -vexī -vectus: to carry into or forward

lavō lavāre lāvī lōtus: to wash

lēniō lēnire lēnīvī lēnītus: to alleviate

residō -ere -sīdere -sēdī: to sit down

sarcina -ae f.: burden, baggage

secundus -a -um: favorable

sēcūritās -ātis f.: security; freedom from danger

sēnsim: little by little, just perceptibly

trepidō trepidāre trepidāvī trepidātus: to be agitated

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

64 **13** Interim ē Vesuviō monte plūribus locīs
 65 lātissimae flammae altaque **incendia**
 66 **relūcēbant**, quōrum **fulgor** et **clāritās** tenebrīs
 67 noctis excitābātur. Ille **agrestium trepidātiōne**
 68 ignēs relictōs dēsertāsque **villās** per
 69 **sōlitūdinem** ārdēre in **remedium** formīdinis
 70 dictitābat.
 71 Tum sē **quiētī** dedit et quiēvit **vērissimō**
 72 quidem somnō; nam **meātus** animae, quī illī
 73 propter **amplitūdinem** corporis gravior et
 74 sonantior erat, ab iīs quī līminī **obversābantur**
 75 audiēbātur.

incendium incendi(i) n.: fire
relūceō -ēre -lūxī: to shine
 back or again
**fulgor -ōris m. or fulgur -
 ūris n.:** lightning, flash,
 brightness
clāritās -tātis f.: brightness,
 brilliance, splendor
agrestis agrestis agreste:
 rural, rustic
trepidātiō -ōnis f.: agitation,
 confusion
villa villae f.: estate, villa
sōlitūdō -inis f.: solitude,
 waste land
remedium remedii n.: cure
quiēs quiētis f.: sleep, rest
vērus -a -um: real, true
meātus -ūs m.: going;
 passage
amplitūdō -inis f.: width
obversor -versārī: to observe

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

76 **14** Sed **ārea** ex quā **diaetā** adībātur ita iam cinere
 77 mixtisque pūmicibus **opplēta** surrēxerat, ut sī longior
 78 in **cubiculō** mora, exitus negārētur. Excitātus
 79 **prōcēdit**, sēque Pomponiānō cēterisque quī
 80 **pervigilāverant** reddit.
 81 **15** In **commūne cōnsultant**, intrā tēcta subsistant an
 82 in **apertō vagentur**. Nam **crēbris vastis**que tremōribus
 83 tēcta **nūtābant**, et quasi **ēmōtā** sēdibus suis nunc hūc
 84 nunc **illūc** abire aut referri vidēbantur.

area arae f.: open space,
 threshing floor, forecourt
diaeta -ae f.: cabin
oppleō -plēre -plēvi -plētum: to
 fill up
cubiculum -ī n.: bedroom
prōcēdō prōcēdere prōcessi
prōcessus: to advance
pervigilō pervigilāre pervigilāvi
pervigilātus: to keep vigil
commūnis commūnis
commūne: common, general
cōnsultō -āre: to reflect,
 deliberate
apertum -ī n.: open space
vagor -ārī -ātus sum: to wander
 about
crebēr crēbra crēbrum: thick,
 crowded, close
vāstus -a -um: empty; vast
nūtō nūtāre nūtāvī nūtātus: to
 nod; sway to and fro
ēmoveō -ēre -mōvi -mōtus: to
 move off or away; throw off
illūc: there

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

85 **16** Sub diō rūrsus quamquam levium **exēsōrum**que
 86 pūmicum cāsus metuēbātur, quod tamen periculōrum
 87 **collātiō ēlēgit**; et apud illum quidem ratiō ratiōnem,
 88 apud aliōs timōrem timor vīcit. **Cervicālia** capitibus
 89 imposita **lintheīs cōstringunt**; id **mūnīmentum**
 90 adversus incīdentia fuit.

exedō –ere –ēdī –ēsus: to eat
up, consume

collātiō (conlātiō) –ōnis f.: a
bringing together

ēligō ēligere ēlēgī ēlēctus: to
pick out, select

cervical (cervicāle) –ālis n.:
pillow

lintheum –ī n.: linen cloth,
napkin; sailcloth; a sail

cōstringō cōstringere

cōstrinxī cōstrictus: to
confine, hinder, make smaller

**mūnīmentum –ī or mūnimen –
inis n.:** a fortification

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

91 **17** Iam diēs **alibī**, illīc nox omnibus noctibus **nigrior**
 92 dēnsiorque; quam tamen **facēs** multae variaque lūmina
 93 **solvēbant**. Placuit ēgredī in lītus, et ex proximō
 94 adspicere, **ecquid** iam mare **admitteret**; quod adhūc
 95 vastum et adversum **permanēbat**.
 96 **18** Ibi super **abiectionem linteum recubāns** semel atque
 97 iterum **frīgidam** aquam poposcit hausitque. Deinde
 98 flammae flammārumque **praenūntius odor sulphuris**
 99 aliōs in fugam vertunt, excitant illum.

alibī or abiubī: elsewhere
niger nigra nigrum: black
fax facis f.: torch
sōlor –ātus sum: to console
ecquid: anyone? anything?
admittō admittere admīsī
admissus: to send to, admit
permaneō permanēre
permānsī permānsus: to remain
abiciō abicere abiēcī
abiectionem: to throw down/away
lintheum –ī n.: linen cloth, a sail
recubō recubāre recubāvī
recubātus: to be lying back or down: recline
frīgida –ae f.: cold water
praenūntius –a –um: foreboding, of omen
odor –ōris m.: scent
sulphur (sulphur) –uris n.: sulphur

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

100 **19 Innītēns servolīs** duōbus assurrēxit et statim
 101 **concīdit**, ut ego **colligō**, **crassiōre** cālīgine spīritū
 102 **obstrūctō**, clausōque **stomachō** quī illī nātūrā
 103 **invalidus** et **angustus** et frequenter **aestuāns** erat.
 104 **20** Ubi diēs redditus—is ab eō quem novissimē vīderat
 105 tertius—corpus inventum **integrum illaesum**
 106 opertumque ut fuerat **indūtus**: **habitus** corporis
 107 quiēscentī quam **dēfūctō** similior.

innītor -nīti -nixus sum; to lean on, put one's weight on, press
servulus -ī m.; young slave
concidō concidere concidī; to fall down
colligō colligere collēgi collēctus; to collect, recollect
crassus -a -um; thick, fat; crass, coarse
obstruō -ere -strūxī -strūctus; to build before or against; to stop
stomachus -ī m.; the stomach
invalidus -a -um; not strong
angustus -a -um; narrow
aestuō -āre -āvi -ātus; to be restless
tertius -a -um; third
integer integra integrum; untouched, fresh, complete
illaesus -a -um; unhurt, unharmed, uninjured, unimpaired
induō induere induī indūtus; to put on, clothe
habitus habitus m.; condition, appearance, style of dress
dēfungor dēfungī dēfūctus sum; to finish, complete

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

108 **21.** Interim Mīsēnī ego et māter—sed nihil ad historiam,
 109 nec tū aliud quam dē exitū eius scīre voluistī. Fīnem
 110 ergō faciam.

111 **22.** Ūnum **adiciam**, omnia mē quibus interfueram
 112 quaeque statim, cum maximē vēra **memorantur**,
 113 audieram, **persecūtum**. Tū **potissima excerptēs**; aliud
 114 est enim epistulam aliud historiam, aliud amīcō aliud
 115 omnibus scribere. Valē.

adiciō adicere adiēcī

adiectus: to throw to,
to add to

memorō memorāre**memorāvī**

memorātus: to
remember

persequor persequī

persecūtus sum: to
pursue

potis, pote: powerful

excerpō exceperē**excerpsī excerptum:**

to select for removal,
take away, to make an
excerpt of a text

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 4:

Misenum

Pliny, *Epistulae* 6.20

1 **1** Ais te **adductum** litteris quas exigenti tibi de morte
 2 avunculi mei scripsi, cupere cognoscere, quos ego
 3 Miseni relictus—id enim **ingressus abruperam** — non
 4 solum metus verum etiam casus **pertulerim**.
 5 *'Quamquam animus meminisse horret... incipiam.'*

addūcō adducere
addūxī adductus: to
 lead to, induce
ingredior ingredi
ingressus sum: to
 step in, enter
abrumpō abrumpere
abrūpī abruptum: to
 break off, sever
perferō perferre
pertulī perlātus: to
 endure

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 6 **2** Profectō avunculō ipse **reliquum** tempus studiis —
 7 ideō enim **remānseram** — **impendī**; mox **balineum**
 8 **cēna** somnus **inquiētus** et **brevis**.
 9 **3 Praecesserat** per multōs diēs tremor terrae, minus
 10 **formīdolōsus** quia Campāniae solitus; illa vērō nocte
 11 ita **invaluit**, ut nōn movērī omnia sed vertī crēderentur.

reliquus -a -um:
 remaining
remaneō remanēre
remānsī remānsus: to
 stay behind
impendō -pendere -
pendī -pēsum: to
 expend
balneum (balineum) -ī
n.: a bath
cēna cēnae f.: dinner
inquiētus -a -um:
 restless, disturbed
brevis brevis: short,
 brief
praecēdō -ere -cessī -
cessus: to go before
formīdolōsus -a -um:
 full of dread
invalēscō valēscere
valui —: to become
 strong

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

12 **4 Irrūpit cubiculum** meum māter; surgēbam **invicem**,
 13 sī quiēsceret excitātūrus. **Resēdimus** in **āreā** domus,
 14 quae mare ā **tēctis modicō** spatiō **dīvidēbat**.
 15 **5 Dubitō**, **cōstantiam** vocāre an **imprudentiam**
 16 dēbeam — agēbam enim **duodevīcēsimum** annum--
 17 poscō librum Titī Līvī, et quasi per **ōtium** lēgō atque
 18 etiam ut coeperam **excerpō**. Ecce amīcus avunculī quī
 19 **nūper** ad eum ex Hispāniā vēnerat, ut mē et mātrem
 20 sedentēs, mē vērō etiam legentem videt, illīus
 21 **patientiam sēcūritātem** meam corripit. Nihilō **sēgnius**
 22 ego **intentus** in librum.

irrupō irrumperē irrūpī irrumptus: to burst in
cubiculum -ī n.: bedroom
invicem: alternately
residō-ere -sīdere -sēdī: to sit down,
area arae f.: open space, forecourt
tēctum -ī n.: roof
modicus modica modicum: moderate, modest
dīvidō dīvidere dīvisī dīvisus: to divide, separate
dubitō dubitāre dubitāvī dubitātus: to doubt
cōstantia cōstantiae f.: perseverance
imprudentia -ae f.: lack of knowledge, ignorance; lack of foresight
duodevīcēsimus -a -um: 18th
ōtium -ī n.: leisure
excerpō exceperē excerptī excerptum: to select for removal, take away
nūper: not long ago
patientia patientiae f.: endurance
sēcūritās -ātis f.: freedom from anxiety or danger
sēgnis sēgne: slow
intentus -a -um: earnestly attentive

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

23 **6** Iam hōra diēi prīma, et adhūc dubius et quasi
 24 **languidus** diēs. Iam **quassātīs circumiacentibus**
 25 tēctīs, quamquam in **apertō** locō, **angustō** tamen,
 26 magnus et certus **ruīnae** metus.
 27 **7** Tum **dēmum excēdere oppidō** vīsum; sequitur
 28 **vulgus attonitum**, quodque in **pavōre** simile
 29 **prūdentiae**, aliēnum cōnsilium suō **praefert**,
 30 ingentīque agmine abeuntēs premit et impellit.

languidus -a -um: languid, relaxed, slow
quassō quassāre quassāvī quassātus: to shake violently
circumiaceō -ēre: to border upon, the surrounding
aperiō aperīre aperuī apertus: to open
angustus -a -um: narrow
ruīna ruīnae f.: collapse
dēmum: finally
excēdō excēdere excessī excessus: to go out/away
oppidum oppidī n.: town
vulgus vulgī n.: common people
attonitus -a -um: astonished
pavor pavōris m.: fear, trembling
prudētia prudētia f.: foresight
praefērō praeferre praetulī praelātus: to prefer

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

39 **8** Ægressī tēcta **cōsistimus**. Multa ibi **mīranda**, multās
 40 formīdinēs patimur. Nam **vehicula** quae **prōdūcī**
 41 iusserāmus, quamquam in **plānissimō** campō, in
 42 **contrāriās** partēs agēbantur, ac nē lapidibus quidem
 43 **fulta** in eōdem vestīgiō quiēscēbant.

cōsistō cōsistere

cōstitī cōstitutus: to take
position; halt, stand

mīrandus -a -um: to be
wondered at; wonderful

vehiculum vehiculī n.:
vehicle

prōdūcō prōducere

prōdūxī prōductus: to
bring forward

plānus -a -um: level, flat

contrārius -a -um:
opposite

fulciō fulcīre fulsī fultum:
to strengthen, fortify,
reinforce

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

41 **9 Praetereā** mare in sē **resorbērī** et tremōre terrae
 42 quasi **repellī** vidēbāmus. Certē **prōcesserat** litus,
 43 multaque **animālia** maris **siccīs** harēnīs dētīnēbat. Ab
 44 alterō latere nūbēs ātra et **horrenda**, **igneī** spīritūs
 45 tortīs **vibrātīsque** **discursibus** rupta, in longās
 46 flammārum figūrās **dēhīscēbat**; **fulguribus** illae et
 47 similēs et maiōrēs erant.

praetereā: besides
resorbeō -ēre: to suck back
repellō repellere reppulī
repulsum: to drive back
prōcēdō prōcēdere
prōcessī prōcessus: to
 advance
animal animālis n.: animal
siccus -a -um: dry
arēna (harēna) -ae f.: sand,
 arena
horrendus -a -um: to be
 shuddered at; dreadful
igneus -a -um: fiery
vibrō vibrāre vibrāvī
vibrātus: to shake
discursus -ūs m.: a
 running to and fro; a
 zigzagging
dēhīscō -ere -hīvī: to gape
fulgor -ōris m.: lightning,
 flash, brightness

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

48 **10** Tum vērō idem ille ex Hispāniā amīcus **ācrius** et
 49 **īstantius** 'Sī frāter' inquit 'tuus, tuus avunculus vīvit,
 50 vult esse vōs **salvōs**; sī periit, **superstitēs** voluit.
 51 **Proinde** quid **cessātis ēvādere?**' Respondimus nōn
 52 commissūrōs nōs ut dē salūte illius **incertī** nostrae
 53 cōnsulerēmus.
 54 **11** Nōn morātus **ultrā prōripit** sē effūsōque cursū
 55 periculō **aufertur**. Nec multō post illa nūbēs
 56 **dēscendere** in terrās, operīre maria; cīnxerat Capreās
 57 et **absconderat**, Misēnī quod prōcurrit abstulerat.

ācer ācris ācre: sharp,
 piercing
īstanter: earnestly,
 pressingly
salvus -a -um: safe, intact
superstes -itis: surviving,
 remaining alive after death
proind, proin: just as
cessō cessāre cessāvī
cessātus: to cease
ēvādō ēvādere ēvāsī
ēvāsus: to go out, evade
incertus -a -um: uncertain
ultrā: beyond (adv. and prep.
 +acc.)
prōripīō -ere -ripuī -
reptus: to snatch forth, rush
 forth
auferō auferre abstulī
ablātus: to take away; make
 cuts
dēscendō dēscendere
dēscendī dēscēnsus: to
 descend
abscondō abscondere
abscondī absconsus: to put
 out of sight, hide

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

58 **12** Tum māter ōrāre **hortārī** iubēre, **quōquōmodo**
 59 fugerem; posse enim iuvenem, sē et annīs et corpore
 60 gravem bene moritūram, sī mihi causa mortis nōn
 61 fuisset. Ego contrā **salvum** mē nisi x nōn futūrum; dein
 62 manum eius amplexus addere gradum cōgō. **Pāret**
 63 **aegrē incūsāt**que sē, quod mē morētur.
 64 **13** Iam cinis, adhūc tamen **rārus**. Respiciō: dēnsa
 65 cālīgō tergīs imminēbat, quae nōs **torrentis** modō
 66 **īnfūsa** terrae sequēbātur. '**Dēflectāmus**' inquam 'dum
 67 vidēmus, nē in viā strātī **comitantium** turbā in tenebrīs
 68 **obterāmur**.'

hortor hortārī hortātus
sum: to urge
quōquōmodo: howsoever
pāreō pārere pārui pārītus:
 to obey, appear, be present
aeger aegra aegrum: sick
incūsō incūsāre incūsāvi
incūsātus: to bring a cause
 or case against anyone; to
 accuse
rārus -a -um: loose, thin
torrens -ntis m.: a rushing
 stream, torrent
īfundō -ere -fūdī -fūsus:
 to pour into or upon
dēflectō -ere -flexī -flexus:
 to turn aside
comitor comitārī
comitātus sum: to
 accompany
obterō -terere -trīvī -
trītum: to crush

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

69 **14** Vix **cōnsiderāmus**, et nox—nōn quālis **illūnis** aut
 70 **nūbila**, sed quālis in locīs clausīs lūmine **extinctō**.
 71 Audīrēs **ululātūs** fēminārum, infantium **quirītātūs**,
 72 **clāmōrēs** virōrum; aliī parentēs aliī **liberōs** aliī coniugēs
 73 vōcibus requirēbant, vōcibus **nōscitābant**; hī suum
 74 cāsum, illī suōrum **miserābantur**; erant quī metū
 75 mortis mortem precārentur;

cōnsiderō cōnsiderāre
cōnsiderāvī cōnsiderātus:

to consider

illūnis -e: moonless

nūbilus -a -um: cloudy

extinguō extinguere

extinxī extinctus: to

extinguish

ululātus -ūs m.: yelling

quirītātus -ūs m.: wail,

scream

clāmor clāmōris m.: outcry,

shout

liberī liberōrum m. pl.:

children

noscitō -āre -āvī -ātum: to

recognize (freq. of nosco)

miseror -ārī -ātus sum: to

feel or show pity

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

76 **15** Multī ad deōs manūs tollere, plūrēs **nusquam** iam
 77 deōs ūllōs **aeternamque** illam et novissimam noctem
 78 mundō **interpretābantur**. Nec dēfuērunt quī **fictīs**
 79 **mentītisque** **terrōribus** vēra perīcula **augērent**.
 80 Aderant quī Mīsēnī illud **ruisse** illud ārdere **falsō** sed
 81 crēdentibus **nūntiābant**.

nusquam: nowhere
aeternus -a -um:
 everlasting, eternal
interpretor -ārī or
interpretō -āre: to explain,
 interpret
fictus -a -um: feigned
mentior mentirī mentitus:
 to lie
terror terrōris m.: fear
augeō augēre auxī auctus:
 to increase
ruō ruere ruī rūtum: to
 rush, fall into ruin
falsus -a -um: deceptive,
 false
nūntiō nuntiāre nuntiāvī
nuntiātus: to announce

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

82 **16** Paulum **relūxit**, quod nōn diēs nōbīs, sed
 83 **adventantis** ignis **indiciū** vidēbātur. Et ignis quidem
 84 longius **substitit**; tenebrae rūrsus cinis rūrsus, multus
 85 et gravis. Hunc **identidem** assurgentēs **excutiēbāmus**;
 86 opertī **aliōquī** atque etiam **oblīsī pondere** essēmus.
 87 **17** Possem **glōriārī** nōn gemitum mihi, nōn vōcem
 88 parum fortem in tantīs perīculīs **excidisē**, nisi mē cum
 89 omnibus, omnia mēcum perīre miserō, magnō tamen
 90 **mortālītātis sōlāciō** crēdidissem.

relūceō –ēre –lūxī: to shine
back or again

adventō adventāre

adventāvi adventātus: to
come rapidly nearer

indiciū indici(i) n.:
information, evidence

substō –āre — —: to stand
or be under or among, to be
present

identidem: again and again

excutiō excutere excussī

excussum: to shake off

aliōquīn or aliōquī:
otherwise

oblidō –līdere –līsī –līsū:
to compress

pondus ponderis n.: weight

glōrior gloriārī gloriātus

sum: to boast of, glory in

excidō excidere excidī: to
fall out, drop; perish; be
forgotten

mortālītās –ātis f.: mortality

sōlācium sōlāci(i) n.:
comfort

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 91 **18** Tandem illa cālīgō **tenuāta** quasi in **fūmum**
 92 **nebulamve discessit**; mox diēs vērū; sōl etiam
 93 **effulsit, lūridus** tamen quālis esse cum **dēficit**
 94 solet. **Occursābant trepidantibus** adhūc oculīs
 95 mūtāta omnia altōque cinere tamquam **nive**
 96 **obductā.**

tenuō tenuāre tenuāvī

tenuātus: to make thin,
make fine

fūmus -ī m.: smoke

nebula -ae f.: cloud

ve: or (postpositive enclitic)

discēdō discēdere discessī

discessum: to go away,
depart

effulgō effulgere effulsī: to
shine forth or brightly; be
effulgent

lūridus -a -um: pale yellow,
sallow

dēficiō dēficere dēfēcī

dēfectus: to fail; revolt from
occursō occursāre: to run to
meet

trepidō trepidāre trepidāvī

trepidātus: to be agitated

nix nivis f.: snow

obducō -ere -dūxī -ductus:
to draw or lead towards;
draw over

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 97 **19 Regressī** Mīsēnum **cūrātīs utcumque** corporibus
 98 suspēnsam dubiamque noctem spē ac metū exēgimus.
 99 Metus **praevalēbat**; nam et tremor terrae persevērābat,
 100 et **plērīque lymphātī terrificīs vāticinātiōnibus** et sua
 101 et aliēna mala **lūdificābantur**.

regredior regredi regressus

sum: to go back, return

cūrō cūrāre cūrāvī cūrātus:

to care for

utcumque: in whatever way,**praevalēō –valēre –valuī —:**
to be stronger, have superior
power**plērusque –aque –umque:**

very many

lymphor –ōris m.: water**terrificus –a –um:** causing
terror**vāticinātiō –ōnis f.:** a

prophecy, prediction

lūdificō –āre: to make game
of, make fun of**Lingua**

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

102 **20** Nōbīs tamen nē tunc quidem, quamquam et **expertīs**
103 perīculum et exspectantibus, abeundī cōnsilium, **dōnec**
104 dē avunculō nūntius. Haec **nēquāquam** historiā digna
105 nōn scrīptūrus legēs et tibi **scīlicet** quī requisīstī
106 **imputābis**, sī digna nē epistolā quidem vidēbuntur.
107 Valē.

experior experiri expertus
sum: to test, try, experience
dōnec: until
nēquāquam: by no means
scīlicet: certainly
imputō -āre: to reckon

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 5:

Phantasmata

Pliny, *Epistulae* 7.27

- 1 **1** Et mihi discendī et tibi docendī **facultātem ōtium**
 2 **praebet.** Igitur **perquam** velim scīre, esse
 3 **phantasmata** et habēre **propriam** figūram nūmenque
 4 aliquod pūtēs an **inānia** et **vāna** ex metū nostrō
 5 imāginem accipere.

facultās facultātis f.: ability

ōtium -iī n.: leisure

praebeō praebere praeui

praebitus: to supply

perquam: as much as possible, extremely

phantasma -atis n.:

apparition, spectre, phantom

proprius -a -um: one's own

inānis inānis ināne: empty, void

vānus -a -um: empty

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

6 **2** Ego ut esse crēdam **inprimīs** eō dūcor, quod audiō
 7 accidisse Curtiō Rūfō. **Tenuis** adhūc et obscūrus,
 8 **obtinētī** Āfricam comes **haeserat**. Inclīnātō diē
 9 spatiābātur in porticū; offertur eī mulieris figūra
 10 hūmāna **grandior** pulchriorque. **Perterritō** Āfricam sē
 11 futūrōrum **praenūntiam** dīxit: itūrum enim Rōmam
 12 **honōrēs**que gestūrum, atque etiam cum summō
 13 imperio in **eandem** prōvinciam **reversūrum**, ibique
 14 moritūrum.

imprimīs: especially
eō: there, in that place
tenuis tenue: thin
obtimeō obtinēre obtinui
obtentus: to possess
haereō haerēre haesī haesus: to
 stick to, hang on to
inclīnō inclīnāre inclīnāvī
inclīnātus: to influence, bend,
 tilt
spatior spatiārī spatiātus sum:
 to walk about
porticus porticus f.: covered
 walk, colonnade, portico
offerō offerre obtulī oblātus: to
 offer, present
grandis grandis grande: full-
 grown; large
perterreō perterrere perterrui
perterritus: to terrify
praenūntius -a -um: foreboding,
 of omen
honor, honōris m.: honor; office
īdem eadem idem: same
prōvincia prōvinciae f.: province
revertor revertī reversus sum:
 to return

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 15 **3** Facta sunt omnia. **Praetereā** accēdentī Carthāginem
16 ēgredientīque nāve eadem figūra in litore **occurrisse**
17 nārrātur. Ipse **certē** implicitus morbō futūra
18 **praeteritīs**, adversā **secundīs augurātus**, spem salūtis
19 nūllō suōrum **dēspērante prōiēcit**.

praetereā: besides

occurrō occurrere occurri

occursus: to run to meet; come to mind

certē: without doubt, certainly

morbus morbi m.: sickness, disease

praeteritus -a -um: past

secundus -a -um: following, second

auguror -ārī: to predict

dēspērō dēspērāre dēspērāvī

dēspērātus: to despair

prōiciō -icere iēcī -iectum: to cast forth, throw out, fling to the ground

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 20 **4** Iam illud nōne et magis **terribile** et nōn minus
 21 **mīrum** est quod **expōnam** ut accēpī?
 22 **5** Erat Athēnīs **spatiōsā** et **capāx** domus sed **īnfāmis** et
 23 pestilēns. Per **silentium** noctis **sonus** ferrī, et sī
 24 **attenderēs** ācrius, **strepitus** vinculōrum longius
 25 prīmō, deinde ē proximō reddēbātur: mox appārēbat
 26 **īdōlōn**, **senex maciē** et **squālōre cōnfectus**, **prōmissā**
 27 **barbā horrentī** capillō; **crūribus compedēs**, manibus
 28 catēnās gerēbat **quatiēbatque**.

terribilis terrible: terrifying

mīrus -a -um: marvelous,
wonderful

expōnō expōnere exposuī

expositus: to abandon

spatiōsus -a -um: wide,
spacious, large

capāx -ācis: spacious

īnfāmis -is -e: infamous

silentium silentiī n.: silence

sonus sonī m.: sound

attendō attendere attendī

attentus: to pay attention

ācer ācris ācre: sharp,
piercing

strepitus -ūs m.: noise

īdōlon -ī n.: a ghost

senex senis m.: old man

maciēs -ēī f.: emaciation

squālor -ōris m.: foulness

cōnficiō cōnficere cōnfēcī

cōnfectus: to finish

prōmissus -a -um: hanging
down, long

barba -ae f.: beard

horrēns -entis: bristling

crūs -ūris n.: shin, leg

compēs compedis f.: a
fetter, shackle

quatiō quaterere quassī

quassum: to shake

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

29 **6** Inde **inhabitantibus** trīstēs **dīrae**que noctēs per
 30 metum **vigilābantur**; **vigiliam morbus** et crēscēte
 31 formīdine mors sequēbātur. Nam **interdiū** quoque,
 32 quamquam **abscesserat** imāgō, **memoriā** imāginis
 33 oculis **inerrābat**, longiorque causīs timōris timor erat.
 34 Dēserta inde et **damnātā** sōlitūdine domūs tōtāque illī
 35 mōnstrō relicta; **prōscribēbātur** tamen, seu quis **emere**
 36 seu quis **condūcere ignārus** tantī malī vellet.

inhabitō –āre: to dwell in, to inhabit

dīrus –a –um: awful, ill-omened

vigilō vigilāre vigilāvī

vigilātus: to be awake

vigilia vigiliae f.: vigilance

morbus morbi m.: sickness, disease

interdiū: by day

abscēdō –cēdere –cessī –

cessum: to give way, depart

memoria memoriae f.:

memory

inhaereō –ēre –haesī –

haesus: to stick to; cling to

damnō damnāre damnāvī

damnātus: to condemn

sōlitūdō –inis f.: solitude, waste land

prōscribō –scribere –scripsī

–scriptum: to publish, proscribe

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

37 **7** Venit Athēnās **philosophus** Athēnodōrus, legit
 38 **titulum** audītōque pretiō, quia **suspecta vilitās**,
 39 **percūntātus** omnia docētur ac **nihilō minus, immō**
 40 tantō magis condūcit. Ubi coepit **advesperāscere**, iubet
 41 sternī sibi in primā domūs parte, poscit **pugillārēs**
 42 stilum lūmen, suōs omnēs in **interiōra dīmittit**; ipse ad
 43 scrībendum animum oculōs manum intendit, nē **vacua**
 44 mēns audīta **simulācra** et **inānēs** sibi metus fingeret.

philosophus –ī m.:

philosopher

titulus – ī m.: title, label,
claim to fame**suspiciō suspicere suspexi****suspectus:** to take up;
recognize; accept**vilītās –ātis f.:** cheapness,
worthlessness**percontor (percūntor) –ārī****–ātus sum:** to interrogate,
question**nihilō minus:** nevertheless**immō:** no indeed**advesperāscit****advesperāscere****advesperāvit:** it becomes
evening**pugillārēs –ium m.:** small
tablets for writing**interior –ius:** nearer, interior**dīmittō dīmittere dīmīsī****dimissus:** to send away**vacuus –a –um:** empty**simulācrum simulācrī n.:**

likeness; statue

inānis inānis ināne: empty,
void**Lingua**

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

45 **8** Initiō, quāle **ubīque**, silentium noctis; dein **concutī**
 46 ferrum, vincula movērī. Ille nōn tollere oculōs, nōn
 47 **remittere** stilum, sed **offirmāre** animum auribusque
 48 **praetendere**. Tum **crēbrescere fragor**, **adventāre** et
 49 iam ut in līmine, iam ut **intrā** limen audīrī. Respicit,
 50 videt **agnōscitque** nārrātam sibi **effigiem**.

ubīque: everywhere

concutiō –cutere –cussī –

cussus: shake, beat, strike;

terrify; disturb, distract

remittō remittere remīsī

remisum: to send back

offirmō offirmāre offirmāvī

offirmātus: to hold fast,

persevere

praetendō –ere –tendī –

tentus: to hold out before;

stretch forth

crēbrēscō –ere –crēbui: to

become frequent

fragor –ōris m.: breaking

adventō adventāre

adventāvī adventātus: to

come rapidly nearer

intrā: within

agnōscō agnōscere agnōvī

agnitus: to recognize

effigiēs –eī or effigia –ae f.:

a portrait, image, effigy

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

51 **9 Stabat innuebatque digito** similis vocanti. Hic contra
 52 ut paulum exspectaret manu **significat** rursusque
 53 **ceris** et stilo incumbit. Illa scribentis capiti catenis
 54 **insonabat**. Respicit rursus idem quod prius
 55 innuentem, nec moratus tollit lumen et sequitur.
 56 **10** Ibat illa **lento** gradu quasi gravis vinculis. Postquam
 57 **deflexit** in **aream** domus, **repente dilapsa** deserit
 58 comitem. Desertus **herbas** et **folia concerpta** signum
 59 loco ponit.

stō stāre steti statum: to stand
innuō -ere -nuī -nūtus: to nod, beckon to
digitus digiti m.: finger
significō significāre significāvī significātus: to indicate
cēra -ae f.: wax
insonō insonāre insonuī: to sound within; resound
lentus -a -um: flexible, sticky, slow
dēflectō -ere -flexī -flexus: to turn aside
area arae f.: open space, threshing floor, forecourt
repente: suddenly
dilābor -lābī -lāpsus sum: to slip
herba herbae f.: grass, herb
folium foliī n.: leaf
concerpō -ere -cerpsī -cerptus: to pluck, pull, or tear in pieces

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

60 **11 Postero** die adit **magistratus**, **monet** ut illum
 61 locum **effodi** iubeant. Inveniuntur ossa inserta catenis
 62 et implicita, quae corpus aevo terraque putrefactum
 63 nuda et exesa reliquerat vinculis; **collecta publice**
 64 **sepeliuntur**. Domus **postea rite** conditis **manibus**
 65 **caruit**.

posterus -a -um: next
magistrātus -ūs m.: a
 magistrate
moneō monēre monui
monitus: to warn, advise
effodiō -ere -fodi -fossus:
 to dig out
inserō inserere inserui
insertus: to insert
aevum aevi n.: eternity;
 lifetime, age
putrefaciō putrefacere
putrefēcī putrefactum:
 rot, decay
nūdus -a -um: nude, bare
exedō -ere -ēdi -ēsus: to
 eat out
colligō colligere collēgi
collēctus: to collect
pūblicus -a -um: public
sepeliō sepelire sepelivī
sepultum: to bury
postea: afterwards
rite: with the proper rites;
 duly, correctly
mānēs -ium m. pl: ghosts,
 departed spirits
careō carēre carui
caritus: to be without

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

66 **12** Et haec quidem affirmantibus crēdō; illud affirmāre
 67 aliīs possum. Est **libertus** mihi nōn **illitterātus**. Cum
 68 hōc minor frāter eōdem **lectō** quiēscēbat. Is vīsus est
 69 sibi **cernere** quendam in **torō** residentem,
 70 **admoventem**que capitī suō **cultrōs**, atque etiam ex ipsō
 71 vertice **amputantem** capillōs. Ubi **illūxit**, ipse **circā**
 72 verticem **tōnsūs**, capillī iacentēs reperiuntur.

libertus libertī m.:

freedman

illitterātus -a -um:

illiterate; uneducated

lectus lectī m.: bed, couch**cernō cernere crēvī****certus:** to discern, separate**torus -ī m.:** bed, couch,

cushion; swelling

admoveō admovēre**admōvī admōtus:** to move

to, bring to

culter -trī m.: plowshare;

knife

amputō amputāre: to cut

around or away

illūceō illūcēre — —: to

shine in or on

circā: around (adv. and

prep. +acc.)

tondeō -ēre -totondī -**tōnsus:** to shear; finish**Lingua**

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

73 **13 Exiguum** temporis medium, et rŭrsus simile aliud
 74 priōrī fidem fēcit. Puer in **paedagōgiō** mixtus plūribus
 75 **dormiēbat**. Vēnērunt per **fenestrās**—ita nārrat—in
 76 **tunicīs albīs** duo **cubantemque dētondērunt** et quā
 77 vēnerant **recessērunt**. Hunc quoque tōnsum
 78 **sparsōsque** circā capillōs diēs ostendit.

exiguus -a -um: small,
little

paedagōgiū -iī n.: the
place where boys of servile
birth were educated, the
pages' hall

dormiō dormīre dormīvī

dormītum: to sleep

fenestra -ae f.: window

tunica tunicae f.: tunic

albus -a -um: white

cubō cubāre cubuī

cubitum: to lie down,
recline

dētondeō dētondēre

dētondī dētōnsum: shave,
shear, cut off

recēdō recēdere recessī

recessum: to withdraw

spargō spargere sparsi

sparsum: to scatter

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

79 **14** Nihil **notābile** secūtum, nisi forte quod nōn fuī **reus**,
 80 futūrus, sī Domitiānus sub quō haec accidērunt diūtius
 81 vīxisset. Nam in **scrīniō** eius datus ā Carō dē mē **libellus**
 82 inventus est; ex quō **coniectārī** potest, quia reīs mōrīs
 83 est **summittere** capillum, **recīsōs** meōrum capillōs
 84 **dēpulsī** quod imminēbat periculī signum fuisse.

notābilis -e: noteworthy
reus rei m.: defendant
scrīnium -iī n.: a
 cylindrical wooden box for
 holding rolled books
 (volumina)
libellus libellī m.: little
 book, document
coniectō -āre: to guess
sumittō (submittō) -
mittere -mīsī -missum: to
 place under
recidō -ere -cidī -cīsus: to
 cut away; reduce
dēpellō dēpellere dēpulī
dēpulsus: to drive off, expel

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 85 **15 Proinde** rogō, **ēruditiōnem** tuam intendās. Digna
 86 rēs est quam diū multumque **cōnsiderēs**; nē ego quidem
 87 **indignus**, cui cōpiam **scientiae** tuae faciās.
 88 **16** Licet etiam utramque in partem — ut solēs —
 89 **disputēs**, ex alterā tamen fortius, nē mē suspēsum
 90 incertumque **dīmittās**, cum mihi cōsulendī causa
 91 fuerit, ut **dubitāre dēsinerem**. Valē.

proinde: just as
ēruditiō -ōnis f.:
 instruction; learning,
 culture
cōnsidō cōnsidere
cōnsēdī cōnsessus: to sit
 down, settle
indignus -a -um:
 unworthy (of)
scientia scientiae f.:
 knowledge
disputō disputāre
disputāvī disputātus: to
 discuss, debate, argue
dīmittō dīmittere dīmīsī
dīmīssus: to send away
dubitō dubitāre dubitāvī
dubitātus: to hesitate,
 doubt
dēsīnō dēsīnere dēsīī
dēsītus: to leave off, cease

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 6:

**Apocras Vult
Esse Civis**

Pliny, *Epistulae* 10.5

- 1 **1 Proximō** annō, domine, gravissimā **valētūdine usque**
 2 ad perīculum vītae **vexātus iatralipten assūmpsī**;
 3 cuius **sollicitūdini** et studiō tuae tantum **indulgentiae**
 4 beneficiō referre grātiam parem possum.
 5 **2 Quārē** rogō dēs eī cīvitatē Rōmānam. Est enim
 6 **peregrīnae condiōnis manūmissus ā peregrīnā.**
 7 Vocātur ipse Arpocrās, patrōnam habuit Thermuthin
 8 Theōnis, quae **iam pridem dēfūcta est. Item** rogō dēs
 9 iūs Quirītium libertīs Antōniae Maximillae, ōrnātissimae
 10 fēminae, Hediae et Antōniae Harmeridī; quod ā tē
 11 petente patrōnā petō.

prope propius proximē: near (prep.
+ acc.)

valētūdō valētūdinis f.: good health
ūsq̄ue: continuously

vexō vexāre vexāvī vexātus: to
annoy, attack

iātralipta -ae m.: a physician

assūmō -sūmere -sūmpsī -

sūmptum: to take in addition

sollicitūdō -inis f.: anxiety

indulgentia -ae f.: indulgence,
fondness

quārē: why; therefore

peregrinus -a -um: foreign

condiciō condiōnis f.: agreement,
situation; status

manūmittō manūmittere manūmīsī

manūmissum: to free a slave

iampridem: some time before or
since

dēfungor dēfungī dēfūctus sum: to
finish, complete

item: likewise

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 7:

**Civitas
Alexandria**

Pliny, *Epistulae* 10.6

- 1 **1** Agō grātiās, domine, quod et iūs Quirītium lībertīs
 2 **necessāriae** mihi fēminae et cīvitatē Rōmānam
 3 Arpocratī, **iātraliptae** meō, sine morā indulsistī. Sed
 4 cum annōs eius et cēsum sicut **praecēperās ēderem**,
 5 **admonitus sum** ā **perītīōribus** dēbuisse mē ante eī
 6 Alexandrīnam cīvitatē **impetrāre**, deinde Rōmānam,
 7 **quoniam** esset Aegyptius.

necessārius –a –um: a relative,
 family connection
iātralipta –ae m.: a physician who
 cures by anointing, an ointment-
 doctor
praeciō praecipere praecēpi
praeceptus: to anticipate; advise
ēdō edere ēdidi ēditus: to emit,
 bring forth
admoneō admonēre admonui
admonitus: to admonish, remind
perītus –a –um: skilled
impetrō impetrāre impetrāvī
impetrātus: to obtain
quoniam: since

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

8 **2** Ego autem, quia inter Aegyptiōs cēterōsque
 9 peregrīnōs nihil **interesse** crēdēbam, **contentus**
 10 fueram hoc solum scrībere tibi, esse eum ā peregrīnā
 11 **manūmissum** patrōnamque eius **iam prīdem**
 12 **dēcessisse**. Dē quā **ignōrantiā** meā nōn queror, per
 13 quam stetit ut tibi prō eōdem homine saepius
 14 **obligārer**. Rogō itaque, ut beneficiō tuō **lēgitimē fruī**
 15 possim, **tribuās** eī et Alexandrīnam cīvitatē [et
 16 Rōmānam]. Annōs eius et **cēsum**, nē quid rūsus
 17 **indulgentiam** tuam morārētur, libertīs tuīs quibus
 18 iusserās mīsī.

census -ūs m.: census, wealth

contentus -a -um: content, satisfied

dēcēdō dēcēdere dēcēssī

dēcēssus: to move away, withdraw

fruor fruī fructus sum: to enjoy

indulgentia -ae f.: indulgence, fondness

intersum -esse -fuī: to be between, be present

lēgitimus -a -um: lawful, legitimate; genuine, real

manūmittō manūmittere

manūmīsī manūmissum: to free a slave

obligō obligāre: to put under obligation

tribuō tribuere tribuī tribūtus: to assign

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 8:
Trajan
Responds

Pliny, *Epistulae* 10.7

1 Cīvitātem Alexandrīnam **secundum institūtiōnem**
 2 prīncipum nōn **temere** dare **prōposuī**. Sed cum
 3 Arpocrātī, **iātraliptae** tuō, iam cīvitātem Rōmānam
 4 **impetrāverīs**, huic quoque petitiōnī tuae negāre nōn
 5 sustineō. Tū, ex quō **nōmō** sit, nōtum mihi facere
 6 dēbēbis, ut epistulam tibi ad Pompēium Plantam
 7 praefectum Aegyptī amīcum meum mittam.

secundum: according to (+ acc.)
īnstitūtiō -ōnis f.: disposition, arrangement
temerē: rashly
prōpōnō prōpōnere prōposuī
prōpositus: to propose, announce
iātralipta -ae m.: a physician who cures by anointing, an ointment-doctor,
impetrō impetrāre impetrāvī
impetrātus: to obtain
petitiō petitiōnis f.: a blow, attack, request, petition
nomos -ī m.: a district, province

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 9:

Aquae Ductus

Pliny, *Epistulae* 10.37

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

1 **1** In aquae ductum, domine, Nīcomēdēnsēs
2 **impendērunt HS XXX CCCXVIII**, quī **imperfectus**
3 adhūc **omissus, dēstrūctus** etiam **est**; rūsus in
4 aliū ductum **ērogāta sunt** CC. Hōc quoque relictō
5 novō **impendiō** est opus, ut aquam habeant, quī
6 tantam pecūniam male **perdidērunt**.

impendō –pendere –pendi –

pēnsū: to expend

HS XXX CCCXVIII: 3,318,000
sesterces

imperfectus –a –um: unfinished

omittō omittere omīsī omissus:

to let go

dēstruō –ere –strūxī –strūctus: to

destroy

ērogō –āre: to entreat, pay out from
the public treasury

impendium –ī n.: money laid out,
expense

perdō perdere perdidī perditus: to
destroy

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

- 7 **2** Ipse **pervēnī** ad fontem pūrissimum, ex quō vidētur
8 aqua dēbēre **perdūcī**, sicut **initiō temptātum erat**,
9 **arcuātō** opere, nē tantum ad plānā cīvitatīs et **humilia**
10 perveniat. Manent adhūc paucissimī **arcūs**: possunt et
11 ērigī quīdam lapide **quadrātō**, quī ex superiōre opere
12 **dētractus est**; aliqua pars, ut mihi vidētur, **testāceō**
13 opere agenda erit, id enim et facilius et **vīlius**.
14 **3** Sed **in primīs necessārium** est mittī ā tē vel
15 **aquilegum** vel **architectum**, nē rūsus **ēveniat** quod
16 accidit. Ego illud ūnum affirmō, et **ūtilitātem** operis et
17 **pulchritūdinem** saeculō tuō esse dignissimam.

pervenīō pervenīre pervēnī perventus:

to reach, arrive at

perdūcō perdūcere perdūxī perductum:

to bring to/over

initium initi(i) n.: beginning**tentō tentāre tentāvī tentātus:** to try**arquātus -a -um:** having the jaundice**plānus -a -um:** level, flat**humilis humile:** humble**arcus arcūs m.:** bow, arch**quadrātus -a -um:** squared, square**dētrahō -ere -trāxī -tractum:** to take away from**testāceus -a -um:** consisting of bricks or tiles**vīlis vīlis vīle:** cheap**in primīs:** especially**necessārius -a -um:** necessary, essential**aquilex -icis m.:** a conduit-master, water-inspector**architectus -ī m.:** architect; inventor, designer**ēvenīō ēvenīre ēvēnī ēventus:** to come out**ūtilitās ūtilitātis f.:** usefulness**pulchritūdō -inis f.:** beauty**Lingua**

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

LETTER 10:

**An Aquaduct
in Sinope**

Pliny, *Epistulae* 10.90

C. PLINIUS TRAIANO IMPERATORI

- 1 **1** Sinōpēnsēs, domine, aquā **dēficiuntur**; quae vidētur
 2 et bona et **cōpiōsa** ab **sextō decimō mīliārīō** posse
 3 **perdūcī**. Est tamen statim ab capite paulō **amplius**
 4 **passūs** mīlle locus **suspectus** et mollis, quem ego
 5 **interim explōrārī modicō impendiō** iussī, an recipere
 6 et sustinēre opus possit.
- 7 **2 Pecūniā cūrantibus** nōbīs **contractā** nōn dēerit, sī
 8 tū, domine, hoc genus operis et **salūbritātī** et
 9 **amoenitātī** valdē sitientis **colōniae indulseris**.

dēficiō dēficere dēfēcī dēfectus: to fail;
revolt from

cōpiōsus -a -um: plentiful

sextus -a -um: 6th

decimus -a -um: 10th

mīliārium -(i) n.: a mile-stone

perdūcō perdūcere perdūxī perductum:
to bring to/over

amplus -a -um: spacious, large, ample,
generous

passus passūs m.: pace, footstep

suspectus -a -um: suspicious

interim: meanwhile

explōrō explōrāre explōrāvī explōrātus:
to explore, investigate

modicus modica modicum: moderate,
modest, temperate

impēdium -ī n.: money laid out, outlay

pecūnia pecūniae f.: money

cūrō cūrāre cūrāvī cūrātus: to care for

contrahō contrahere contrāxī

contractus: to collect; shrink because of
pain

salūbritās -ātis f.: healthfulness

amoenitās -ātis f.: pleasantness,
delightfulness

sitiō sitire sitivī: to be thirsty

colōnia colōniae f.: farm, estate

indulgeō indulgēre indulxī indultus: to
gratify, indulge in

Lingua

Mōrēs (People, Places, Products, Practices, Persepectives)

